UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris atq[ue] noui || instrumenti

Antonius <de Rampegollis>

Arge[n]toraci, 1509

VD16 A 2968

De Societate bonoru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30649

Visual Library

quentes de eo vt nō reſpon/
derēt eis. i. Reg. x. Thobias
auditis verbis iniurioſis ab
vxore/ nō ei reſpōdit/ vt nō li
tigaret. Tho. ij. Cum ancil/
la Zare dixiſſet ei obprobriū
ipſa tacuit ⁊ ceſſit liti. Tho.
iij. Mandauit Ezechias vt
nō reſpōderet aliquis rapſa/
ci cōminānti/ ⁊ ſiluerūt oīes.
Eſa. xxxvi. Falſis criminibꝫ
Suſannā nō reſpondit: ſed
flens in celū aſpexit: ⁊ ideo li
berata fuit. Dan. xiij. Maria
peccatrix ī domo Symonis
tacuit. Ideo dn̄s ipſam cō/
mendauit Symoni loquen
ti. Lu. vij. Cōquerēti ſorori
nihil reſpōdit Magdalena.
Iō Chr̄s eiꝰ aduocatus fuit.
Lu. x. Diſcipulis in eā fremē
tibꝫ ꝓpter effuſionē vnguēti
etiā ſiluit: ⁊ Chr̄s eā defen/
dit. Marci. xiiij. Mulier in
adulterio dep̄henſa/ accuſan
tibꝫ nō rn̄dit. Iō chr̄s eā ab/
ſoluit. Ioā. viij. Silentiū ob
ſeruare debēt religioſi ⁊ cleri
ci/ ⁊ viri ſpūales/ maxime et
ꝑcipue ī eccl'ia. Unde poſtq̄ꝫ
locutus eſt dn̄s ad Moyſen
impeditioris et tarditioris
lingue fuit. Exod. iiij. Anna
mater Samuelis in templo
loquebat̄ ī corde/ ſed vox nō
audiebat̄. i. Reg. i. Iob ſctūs
reprehēdit ſe de locutiōe di/
cēs: Inſipiēter locutus ſum
vtinam tacuiſſem. Iob. vlti.
Hieremias in vtero ſcrifica
tus excuſabat ſe dicens: Ne/
ſcio loqui. Hiere. i. Locutu/
rus Paulus in ſynagoga ſi/
lentiū indixit/ qꝛ vbi non eſt
auditus nō debet effundi ſer
mo. Act. xiij. Silere debent
ſapientes vſqꝫ ad tp̄s ꝯgruū
Nam cū Abigayl placuiſſet
Dauid/ nō īdicauit viro ſuo
verbū/ ſed ſiluit vſqꝫ ad ma/
ne cū digeſſiſſet vinū. i. Reg.
xxv. Diu tacuit Heſter nō lo
quens ppl'o ſuo/ ne ſuſpicio/
nē daret regi: ſed ſuo tēpore
eſt locuta. Heſter. ij. iij. Bea
ta virgo Maria audita ſalu
tatōe prius/ tacuit: ⁊ cogita
uit/ poſtea modeſte reſpōdit.
Lu. i. Et nota ꝙ Maria tm̄
quinqꝫ vicibus locuta fuiſſe
legitur: vide ſupra in cap. de
ſapientia mulierū.

¶ De ſocietate bonorum.
Cap. cxxij.

Societas bona habet
Ab īminentibus liberatos
efficere.
Conuenientibus locupleta
tos reficere.
Sancte viuentibus aſſocia
tos perficere.

ſ Ocietas
bonoꝝ liberat ho/
mines a piculis. Nã fuiſſent
inuẽti decẽ iuſti in quinqꝫ ci/
uitatibus ſodomoꝝ pepciſ/
ſet deus vniuerſis ⁊ euaſiſſẽt
Gen̄. xviij. Hoĩes de lachis
occiſi fuerũt / qꝛ nõ habebãt
ſocietatẽ cum aliquo bono.
Judi. xviij. Raphaelis ſocie
tas quam habuit Thobias
ip̄m de multis periculis libe
rauit. Tho. v. Occaſiõe Da
nielis boni ⁊ prudẽtis peper
cit nabuchodonoſoꝛ ario lis
⁊ ſapiẽtibꝰ babylonis. Dan̄.
ij. Propter ſocietatẽ Pauli
oẽs de naui in naufragio ſũt
ſaluati. Actu. xxvij. Socie/
tas bona cauſa eſt abũdãtie.
Nã ditatus eſt laban ꝓpter
ſocietatẽ Jacob. Gene. xxx.
Bñdixit dñs domui egypti
ꝓpter ioſeph ⁊ multiplicauit
ſubſtantiã. Gen̄. xxxix. Pro/
pter Joſaphat bonum impe
trauit Heliſeus aquã exerci/
tui alioꝝ maloꝝ. iiij. Re. iij.
In huiꝰ figura ſup diſcipl'oſ
ꝯgregatos ſp̄tuſſctũs abũdã
ter deſcendit. Act. ij. Socie
tas bonoꝝ bonos fac̃ hoĩes.
Nã Saul cũ prophetis ꝓ/
phetare cepit. i. Reg. xix. Jõ
hoĩes deũ timentes volebat
ſecũ habere thobias. Tho.
ij. Illi ſeptẽ frẽs cum bona
matre iuncti inuicẽ ſe horta/
bant̃ ad bonũ. ij. Mach. vij.
Quãdiu fuit Petrus cũ di/
ſcipulis bonus erat: ſed cum
fuit iudeis aſſociatus chr̄m
negauit. Mat. xxvi. Cecus
illuminatus a chriſto a ſyna/
goga eiectus / fuit inter fide/
les a chriſto receptus. Joã.
ix. Paulus poſt ſuã cõuerſio
nẽ tẽptabat ſe iungere apl'is:
vt fieret melioꝛ. Act. ix.

¶ De maloꝝ ſocietate.
Cap. cxxiij.

Societas malorum eſt
Effectiua tentationum hu/
manarum.
Diſtractiua conſolationum
diuinarum.
Illatiua turbationum mun
danarum.
Cauſatiua perturbationum
illatarum.
Inductiua deteſtationum ⁊
culparum.
Deſtructiua federationum
perfectarum.

ſ Ocietas
maloꝝ vitanda eſt /
ne hõ cuꝫ eis malus efficiat̃.
Ideo ſalubriter exiuit abraã
de chaldea vbi erant hoĩes